

nens irritum, &c. Hic adverte, quod hæc Regula est desumpta ex regulis felicis recordationis Clementis XI. & ideo ponitur tempus vacationis Sedis Apostolicæ à die obitus Innocentii XII. sui immediati Prædecessoris, usque ad tempus suæ gloriosissimæ assumptionis in Summum Pontificem: Quod tempus in tali Regula variatur à quolibet Summo Pontifice juxta differentiam temporis intercessi à die mortis sui immediati prædecessoris usque ad sui electionem.

25 Sede Episcopali vacante, nihil est innovandum præsertim in præjudicium ipsius Ecclesiæ, vel Prælati Successoris. *Communis*, textu expresso in cap. Novit ille 1. Ne Sede vacante aliquid innovetur; ubi insuper redditur ratio ibi: Cum non sit, qui Episcopale Jus tueatur.

26 Unde Sede vacante Judicium factum contra ecclesiam est nullum. *Communis*, textu expresso in cap. Constitutus 3. Ne Sede vacante, juncto Summario ibidem sic expresse dicente: Sede vacante Judicium habitum contra Ecclesiam non tenet; Et Glossa ibi. verb. Vacante, sic expresse loquente: Hinc patet manifeste, quod ecclesia, que caret legitimo defensore, conveniri non potest, quia ea vacante nihil est innovandum, quia non habet defensorem.

27 Sede Episcopali vacante, si mandetur Capitulo, ut præbendam alicui conferat, & interim nondum à Capitulo executo mandato creetur Episcopus, ad quem spectet collatio præbendæ, ab ipso Episcopo debet conferri, text. expres. in cap. Eam te 7. de Rescript. juncto ejus Summario, in quo sic præcisè habetur: Si Sede vacante scribitur Capitulo gerenti vices Episcopi, ut præbendam alicui conferat, si creatur Episcopus, nondum executo mandato, & ad eum spectet collatio præbendarum, illud adimplere tenetur.

28 Sede episcopali vacante, quid possit facere Capitulum, & quid non? Vide verb. Beneficia, art. 4. verb. Capitulum, art. 3. & verb. Vicarius Capitularis, per totum.

29 Vacante Sede Apostolica, Major Pœnitentiarius, seu Officialis facere, & expedire possunt quæcumque ad forum conscientie pertinent. Ideo absolvere, seu absolvi mandare in dicto conscientie foro possunt ab iis quoque censuris, à quibus aliis vivente Pontifice adempta etiam Majori Pœnitentiario, & Pœnitentiariæ officio absolventi facultas reperitur. Hac tamen lege, quod in hujusmodi censuris, ad tempus dumtaxat, & cum reincidentia in eisdem, servatis aliis servandis, absolutio concedatur: Ita ut qui fuerint absoluti, ad novum Pontificem intra terminum pro locorum distantia definiendum, recurrere pro eadem causa teneantur; neque liceat Pœnitentiario Majori, ejusque Officialibus, prænitium terminum post Pontificis electionem ampliari, vel prorogari. Benedic. XIV. tom. 1. constit. 95. incip. Pastor bonus, §. 51. qui §. 51. ad 55. prosequitur declarare facultates, Sede Vacante, Majori Pœnitentiario competentes, ibi §. 52. Præterea concedimus, ut si quando aliquid gravius Animæ periculum imminet, cui celeriter occurrendum videatur

30 Constans est A. assertio, nil esse innovandum Sede Episcopali vacante, præsertim in ecclesiæ præjudicium, prælativè successoris: licet igitur aliquid innovari haud videatur, eo quod Brevia, è Sede Apostolica provenientes, quæ in Sede plena Regio exequatur, vulgo *el pase*, non egebant; in casu tamen vacantis præcisè præsentari debent, ideo notabile inter utrumque constituitur discrimen. Brevia matrimonialium dispensationum, Extratempora, Oratorii, aliorumque similis naturæ, cum inclusione ad Pœnitentiariam spectantium, à presentatione in Sede plena liberantur, at vero non sic in vacante: nam in hoc casu, exclusis ultimo relatis, cetera in Supremo Castellæ Senatu præsentanda venient (1). Circa Beneficiorum provisionem aliquid etiam adverterit discrimen, quia, si Sedes Episcopalis vacans extiterit, eorum provisio, vel præsentatio, absque mensium vacationis consideratione, ad Regiam Personam attinet, non ad Capitulum, nec ad Episcopum successorem (2).

(1) Leg. 37. tit. 3. lib. 1. §. 8. Por quanto el Santo Concilio de Trento tiene dadas las reglas mas oportunas para evitar abusos en las Sedevacantes, y la experiencia acredita su inobservancia en las de mis Reynos: declaro, que inerin dure la vacante, deberán presentarse al mi Consejo los rescriptos, dispensas, ó letras facultativas, ó otras qualesquiera que no pertenezcan

31 ne in Signatura diligenter examinata, & Majori quoque Pœnitentiario, si in conclavi degat, pro materia gravitate consulto, & approbante, dispensare, aut dispensari mandare pro eodem foro conscientie valeant; usque illis etiam, super quibus aliis vivente Pontifice inhibita sit Majori Pœnitentiario, & Pœnitentiariæ dispensandi facultas; Ita tamen ut Oratores, sicuti superius dictum est, ad novum Pontificem post ejus electionem similiter debeant recurrere; alisque appositis clausulis pro casu natura necessariis, & opportunitis.

32 Pro foro vero externo, eadem Sede Apostolica vacante, eorum officium penitus conquiescat, ita ut non quibuscumque matrimonialibus, & aliis dispensationibus, & absolutiombus, ac declarationibus, nec non quibusvis aliis expeditionibus forum fori mixtum, vel separatim quomodolibet respicientibus, omnino abstineant.

33 Attamen concedimus, ut dicta Sede vacante, pro foro externo facere, & expedire valeant, quæ ad Regularium, & præsertim apostatarum, & fugitivorum remedium, in superioribus facultatibus concessa sunt. Nec non ut Monialibus Confessoris extra Ordinem valeant deputare, si eos ex aliqua rationabili causa petierint, pro eorum libitu inter approbatos ab Ordinario ad audiendas Monialium confessiones eligendos.

34 Et demum, ut illos, qui aliquam censuram Sedi Apostolicæ reservatam, etiam ob violatam ecclesiasticam libertatem, vel immunitatem publice incurserint, vel incurrisse declarati fuerint, & vere, ac sincere poenitentes, & novi Pontificis, ad quem post electionem recurrere debebant, mandatis obtemperare parati, beneficium absolutionis sibi ulterius non differri emixe deprecentur, absolvere cum reincidentia, quemadmodum in superioribus dictum est, vel absolvi mandare possint.

35 Vacante Sede Apostolica, Processio Generalis Corporis Christi celebrari debet apud Vaticanam Basilicam. Idem const. 12. incip. Pastoralis sollicitudinis §. 3. ubi §. seq. præscribit etiam Ritus, quo ibi celebranda est dicta processio.\*

36 Magna olim quæstio fuit, an parochiæ per assequutionem incompatibilium beneficiorum vacatæ, Pontificia Sede vacante, vel antea vacatæ, sed ex sequuta interim ejusdem Pontificis Sedis vacatione non collatæ, possint ab Ordinario conferri vigore cap. Si Apostolica, de præbend. num. 6.

37 Ratio autem dubitandi inde oriebatur, quod Bonifacius VIII. in dict. cap. Si Apostolica: potestatem tantum fecit Ordinariis conferendi parochias, quæ vacabant in Curia, & ex Sedis Pontificis vacatione nequiverint conferri.

38 Prævaluit nihilominus affirmativa opinio, ex ratione illa, quod si Bonifacius VIII. facultatem dedit Ordinariis conferendi mox dictas parochias obnoxias dictæ reservationi in corpore Juris clausæ, multo sane magis facultatem dedit conferendi parochias obnoxias al-

4 Penitentiaria, sin embargo de lo dispuesto para Sede plena en el articulo antecedente.

(2) Leg. 11. tit. 6. lib. 1. §. 5. ibi: Y del mismo modo tambien en el caso de vacar los Beneficios en los meses Ordinarios, quando vacan las Sillas Arzobispaes, Obispaes, ó por qualquier otro titulo:--

39 teri huic reservationi inducæ ab Extravagantibus, & Regula I. Cancellaria, quæ utpote non clausa in corpore Juris longe minor est. Accedit, quod Bonifacius VIII. providere intellexit saluti animarum, ne ex diatna Sedis Pontificis vacatione proprio Pastore diu careant. Hæc autem ratio urget, quæcumque sit reservatio Parochiæ. Vide celebrem decisionem Rotæ in *Commen. parochialis* 11. Maii 1731. cor. feliciter regnante Summo Pontifice inter impressas decr. 16.

41 Et quod hic non est silentio prætereundum, Rota hæc affirmativam opinionem tenet, licet agatur de parochia habente decretum, quod de ea tali pacto vacata: per Sedem Apostolicam tantum disponi possit: propterea quod ex hoc decreto non emigret nova reservatio, sed eadem per Extravagantes, & Regulam I. Cancellariæ inducæ.

## SEDES, SCAMNA.

## SUMMARIUM.

- 1 Sedes Episcopi in choro existens debet esse quasi fixa, & immobilis.
- 2 Sedes Episcopi in choro existens quomodo ornanda.
- 3 Sedes Episcopi, & chorus Canoniorum debent reduci ad formam Cæmemonialis.
- 4 Sedes Episcopi in ecclesia exempta, in qua Abbas usum mitræ habens, etiam habet Sedem, quomodo collocanda.
- 5 Sedes Abbatis, seu Prioris habentis usum mitræ, & baculi, quomodo locanda.
- 6 Sedes Abbatis exempti etiam in ecclesiis suæ Jurisdictioni subjectis debet esse inferior Sede Episcopi.
- 7 Sedes Dignitatum absentium non debent occupari ab aliis dignitatibus, sed unaquæque debet in proprio stallo permanere.
- 8 Gubernatoris civitatis Sedes qualis, quando vadit ad Concionem.
- 9 Sedes laicorum etiam Præfectorum sunt locandæ in presbyterio apud altare.
- 10 Sedes, scamna, & loca in ecclesiis secularibus moderari debent arbitrio Episcopi.
- 11 Sedes pro audienda concione quomodo aptari debeant.
- 12 Sedes esse non debent in ecclesia extra tempus concionum.
- 13 Maxime si sint occasio scandalii.
- 14 Nisi sint lapideæ, vel etiam lignæ, parietibus adherentes.
- 15 In removendis, vel alterandis Sedibus non debent permitti novitates.
- 16 Sedes possunt à Dominis ornari.
- 17 Et eis etiam inscriptio, vel aliud signum apponi.
- 18 Est removenda sedes adeo altari vicina, ut Celebrantem impediatur.
- 19 Regularium Superiores non possunt removere sedes à loco solito, nisi cum circumspeditione, maxime si spectent ad Magistratum.
- 20 Debent tamen sollicitè attendere, ne in suis ecclesiis occasione sedilium, & scamnorum rumores, & scandala oriantur.
- 21 In ecclesia de Jurepatronatus laicorum non potest Episcopus concedere Jus retinendi sedilia, invito patrono.
- 22 Genestioria honorifica retineri possunt à Dominis loci in Ecclesia.
- 23 Alia ad rem, remissive.
- 24 Ad. ex aliena manu, ad num. 28.

1 Sedes Episcopi in choro existens debet esse quasi fixa, & immobilis, juxta dispositionem libri *Cæmemonialis* in tit. de Sedibus Episcopi. Ita S. Congr. R. in *Colimbrien.* 23. Maji 1603.

2 Sedes Episcopi in choro existens ornanda est serico, vel alia materia coloris congruentis temporis, juxta regulam Libri *Cæmemonialis* d. tit. de sedibus Episcopi. *FERRAR. BIBLIOTH. TOM. VII.*

pi: In eadem Sac. Congr. Rit. in *d. Colimbrien.*

Sedes Episcopi, & chorus Canoniorum, si fieri potest, debent reduci ad formam libri *Cæmemonialis*. S. C. R. in *Granat.* 6. Maji 1609.

Sedes Episcopi in ecclesia exempta, ubi Abbas usum mitræ habens, etiam sedem tenet, quando illuc accedit, est in cornu dextro chori, sive ecclesiæ collocanda uno gradu eminentiori cum ornatu congruo, & situ aliquatenus superiori respectu sedis Abbatis, quæ in sinistro ponenda est uno gradu humilior absque ornatu, & loco aliquatenus inferiori, adeo ut non sit opposita Sedi episcopali. Sac. C. R. in *Alexandrina* S. Petri in *Bergolio* 7. Februarii 1604.

Sedes Abbatis, seu Prioris habentis usum mitræ, & baculi, debet collocari in cornu evangelii in plano presbyterii cum duobus tantum gradibus parvis, & sine ullo suppedaneo suggestu lapideo, vel ligneo; ac sine baldachino desuper, sed cum postergali tantum ex aliquo pannio, vel serico levi, sine auro, coloris convenientis solemnitati. S. C. R. in *Neapolitana* 18. Martii 1617.

Sedes Abbatis exempti etiam in ecclesiis suæ Jurisdictioni subjectis debet esse inferior Sede Episcopi. S. C. R. in *Aquilana* 18. Martii 1617.

Sedes Dignitatum absentium non debent occupari ab aliis Dignitatibus, seu Canonis, sed unaquæque Dignitas in proprio stallo permanere debet; sedes vero absentis vacua esse debet. S. C. R. in *Capiana* 12. Martii 1618. & in *Placentina* 25. Maji 1632.

Sedes Gubernatoris civitatis, quando audit concionem simul cum Episcopo, debet esse apud Episcopum, quæ non sit major, nec pulchrior sede ipsius Episcopi, & neutra sit coloris rubri. S. Congr. Rit. in *Peraina* 2. Octobris 1615.

Sedes laicorum, veluti Præfetti, seu Locumtenentis, non sunt locandæ in presbyterio apud altare. Sacra Cong. Rit. in *Engitanen.* 10. Junii 1602. in respons. ad 6. dub.

Sedes, scamna, & loca in ecclesia seculari moderari debent arbitrio Episcopi. S. Rit. C. in *Venitilien.* 10. Decembr. 1604. in respons. ad 3. dub. Episcopus enim est absolutus Arbitrator illa moderandi, & removendi, præsertim quando sunt causa rumoris, & impediunt functiones ecclesiasticas, ut sæpius resolvit Sac. Congr. Episcopi apud Nicol. in *Florcul.* verb. Ecclesia, num. 11. & super in *Normen. Terra Carthii* 8. Maii 1693. in *Fandana* 5. Octob. 1697. & in *Verulana* 6. Sept. 1698. apud Monacell. part. 1. tit. 5. formal. 8. num. 4.

Sedes pro audienda concione ita debent aptari, ut illis retro stantibus ad visum Prædicatoris non officiant. S. C. R. in *Faventina* 11. Aprilis 1601.

Sedes non debent esse in ecclesia extra tempus concionum. S. C. Episc. in *Januen.* 7. Aprilis 1583. Maxime si sint occasio scandalii. Ead. S. Cong. Episc. in *Cirenina* 24. Septemb. 1585. Nisi sint lapideæ, vel etiam lignæ, parietibus adherentes. Ead. Sac. Cong. Episcopi. 14. in *Sarzan.* 12. Novembr. 1600. & 28. Febr. 1601.

In removendis, & alterandis sedibus non debent permitti novitates, Sac. Congr. Episcopi in *Cirenina* 4. Junii 1602. & in *Ferentina* 8. Decemb. 1645.

Sedes possunt à Dominis ornari. Sac. C. Episc. in *Andrien.* 25. Octobris 1602. Et eis etiam inscriptio, vel aliud signum apponi; Eadem Sacra Congreg. Episcopi. 14. Januar. 1603.

Est removenda sedes adeo altari vicina, ut Celebrantem impediatur; S. C. Episcopi. in *Nullius Casri Durantis* 10. Nov. 1613.

Regularium Superiores non possunt removere sedes à loco solito, nisi cum circumspeditione maxima, si spectent ad Magistratum; S. C. Episcopi, & Reg. in *Assisien.* 22. Martii 1603. Debent tamen Superiores Regularium sollicitè attendere, ne in suis ecclesiis occasione sedilium, & scamnorum, rumores, & scandala oriantur, & in casibus procedere debent juxta occurrentes circumstantias, sicuti in similibus contingentibus procedere debent Episcopi pro ipsis impediendis in suis

ecclesiis secularibus, ut recte advertit Mattheus, Officialis Curie cap. 12. num. 8. in fine.

- 21 In ecclesia de Jurepatronatus laicorum non potest Episcopus concedere Jus retinendi sedilia, invito patrono; Rota in Taurinen. 26. Februar. 1666. coram Decano, apud Panim. decis. 1. adnot. 15. num. 29.
- 22 Genuefectoria honorifica retineri possunt à Dominis Loci in Ecclesia; Panimol. loc. cit. num. 34. cum aliis ibi citatis.
- 23 Alia ad rem, Vide verb. Abbas num. 31. §. 2. & 3. & verb. Ecclesia art. 5. à num. 7. ad 27.
- 24 De scamnis in ecclesiis frequentes sunt controversie. Latus propterea esset de is agendum. Sed limites additionum cogunt, ut vix pauca hæc adnotemus.
- 25 Scamna in ecclesiis haud posse à laicis retineri ad sedendum, nisi cum licentia expressa, aut tacita Episcopi, vel ipsarum Rectoris, juris est indubii; Frass. de Jurepatr. Reg. tom. 2. cap. 97. num. 12. Romauer ad contrit. synodal. Gerund. lib. 3. tit. 14. cap. 2. num. 1. Pilaja decis. canon. lib. 1. decis. 4. num. 22. Corsind. decis. 159. num. 9. part. 3.
- 26 Quæstio vero est, an concessio usu scamnorum laicis ab eo qui hac potestate pollet, quis aliquod quærat ipsi laicis pro tuitione hujus. Distinguendum est, num controversia sit cum altero Laico, an cum Episcopo, vel Rectore ecclesie. Priori casu convenit inter omnes posse laicos se tueri in usu illo, ut præter mox allegatos tradunt Manfell. in observ. ad decis. 181. Capyc. Latr. num. 1. Panimol. decis. 1. adnot. 15. n. 1. & 12. Sanfelice. decis. 331. num. 14. Calderi decis. crimin. 38. num. 19. & seg. tom. 1.
- 27 Posteriori vero casu rursus distingui debet, num Episcopus, vel Rector ecclesie amovere scamna intendat sine ulla causa, vel ut illorum usum aliis concedat sine ulla causa, vel ut aliis concedat usum eorum; potest vero amovere ex necessitate ecclesie, sed debet, si fieri possit, eorum usum alio in loco illis ipsis concedere; Antonell. de loc. legal. cap. 3. num. 68. lib. 1. Lagunez de fructib. part. 1. cap. 30. §. 1. num. 38. & seg. omnesque supra allegati.
- 29 De concessione usus scamnorum in ecclesia, num ea personalis sit, an transeat ad heredes, disquiri solet. Personalem vero esse tenent inter alios Loiseau des Seigneurs cap. 11. num. 60. Merechal des Droits Honorifiques cap. 2. At consule & hos de aliis, quæ circa scamna emergere possunt, quæstionibus, quippe quia materiam funditus examinant. §.

SEDITIO. Vide verb. Bellum, art. 1. num. 1. & verb. Virtus num. 87.

SEDITIOSA PROPOSITIO. Vid. verb. Propositiones damnatae num. 37.

## SEMINARIUM.

## SUMMARIUM.

- 1 SEMINARIA erigenda sunt in qualibet ecclesia metropolitana, cathedrali, & abbatiæ habente proprium territorium, & in eis tenendi sunt Clerici adolescentes.
- 2 Si non possit erigi seminarium in qualibet cathedrali, debent erigi duo, vel unum saltem in provincia per synodum provinciales, & debent alia ecclesia concurrere ad expensas.
- 3 Seminarium plura fieri possunt in diocesi ampla; Omnia tamen ab eo quod est in cathedrali dependere debent.

- 4 Seminarium censetur vere, & formaliter erectum, quoties Alumni in aliqua etiam domo conducta collegialiter vivunt, & juxta formam Concilii inibi erudiuntur.
- 5 Seminarium erigi non potest in ædibus canonicalibus, nisi de consensu Canoniorum, & ita separatim, ut Præbiteri, vel Clerici nullam communicationem habeant cum Seminaristis.
- 6 Pueri alendi in seminario sumptibus illius, sunt filii pauperum bona indolis.
- 7 Possunt tamen in seminario etiam teneri, & erudiri filii divotum, sed sumptibus propriis.
- 8 Pueri in seminario recipiendi cujus ætatis, & qualitatis esse debeant.
- 9 Pro administratione, & regimine seminarium faciendæ sunt tres species Deputatorum, seu Consultorum, & assignantur.
- 10 Consilium ditorum Deputatorum in quibusdam adhibere debet Episcopus.
- 11 Episcopus tenetur omnino requirere consilium prædictorum Deputatorum respectivo, aliàs actus non valet.
- 12 Non tamen tenetur eorum consilium sequi.
- 13 Seminarium Deputati, & alii Officiales habent votum consultivum, non autem decisivum.
- 14 Canonici duo Deputati debent esse perpetui, nec sine legitima justa causa amoveri possunt.
- 15 Assignatur talis legitima causa.
- 16 Dicitur duo Canonici Deputati, si quandoque contingat ea de causa sine fraude ab ecclesia abesse cum Episcopo, non sunt privandi quotidianis distributionibus.
- 17 Consultorum prædictorum deputatio quomodo possit fieri extra synodum, nihilominus regulariter fieri debet in Synodo.
- 18 Pro expensis erectionis, & mantentionis seminarium applicandi sunt eo ipso eidem seminario redditus omnes, ac bona omnia, que ad institutos, vel alendos pueros sunt in aliquibus ecclesiis, & locis piis destinata &c.
- 19 Ubi supradicti redditus non habentur, seu non sufficient, debet Episcopus primo ex ejus episcopali mensa ratam fructuum seminario contribuere, & postea suo exemplo Capitulum, & ceteros Beneficiatos ad id pro rata compellere.
- 20 Unde ad contribuendum pro Seminario non solum tenetur Episcopus de sua mensa episcopali, Abbas de sua mensa abbatiæ, & Capitulum de sua mensa seu massa capitulari, sed etiam omnes Beneficiati de suis respectivo beneficiis, etiamsi sint de Jurepatronatus.
- 21 A seminarium enim contributione nullus est exemptus, nisi qui nominatim à Concilio excipiuntur.
- 22 Hinc etiam Cardinales tenentur contribuere de fructibus abbatiarum, & beneficiorum juxta taxam ab Episcopo, & Deputatis factam.
- 23 Seminarium contribuere tenentur omnia monasteria Regularium, non tamen Mendicantium.
- 24 Etiamsi monasteria illa contribuant seminario sui Ordinis, tenentur adhuc contribuere seminario Episcopi de eo, quod superest.
- 25 Exempla sunt ab hac contributione faciendæ omnia monasteria Regularium Mendicantium, que assignantur.
- 26 Regulares Mendicantes, si habent beneficia unita suis monasteriis, tunc habita ratione reddituum eorumdem, solvere debent pro eorum rata.
- 27 Unio tamen ditorum beneficiorum probanda est per Episcopum.
- 28 Et est plene probanda non per conjecturas, & præsumptiones, sed per gratie unionis expeditionem.
- 29 Regulares Mendicantes ex redditibus beneficiorum suis monasteriis unitorum solvunt prius pro Lectoribus grammaticæ & casuum conscientie, quotidiæ in dicitis monasteriis lectioes habentibus, & ex reliquo solvere debent ad ratam Seminario Episcopi.

- 30 Portio debita seminarario ratione Beneficiorum exigi potest post unionem ejusdem beneficii factam Regularibus, qui mendicantium privilegiis gaudent.
- 31 Seminarium contribuere tenentur etiam Beneficiati eorum beneficiorum, que ad collationem, & institutionem Monachorum pertinent.
- 32 Moniales non tenentur contribuere seminarium, nisi habeant beneficia unita.
- 33 Confraternitates, schola, & capella etiam intra Regularium Ecclesias site, si habeant beneficia annexa, vel redditus, seu proventus ecclesiasticos, tenentur contribuere seminarium.
- 34 Seminarium contribuere tenentur hospitalia, que dantur in titulum, vel administrationem, & habent annexa beneficia, vel redditus ecclesiasticos.
- 35 Non tenentur tamen contribuere hospitalia illa, que administrantur à laicis, & in quibus sunt bona laicorum, que non data sunt in titulum, commendam, seu administrationem.
- 36 Item seminarium contribuere tenentur omnia beneficia secularia, & regularia per quorumque etiam per Cardinales, per Pontificiæ Familiæ, per Camera Apostolicæ Clericos, Ministros, ac Officiales quorumcumque obtenta, & impostore obtinenda.
- 37 Item contribuere tenentur omnia beneficia secularia Prioratibus, Commendis, vel Bafilivibus Ordinis Fratrum S. Joannis Hierosolymitani quomodocumque unita, aut de cetero unita.
- 38 Pensionariis etiam tenentur ad contributionem seminarium pro rata pensionis, sive seminarium erectum sit ante reservationem pensionis, sine non.
- 39 Dicitur rata pensionis potest exigi à Titulari, qui eam potest retinere à Pensionario ad rationem, quam ipse solvit, nisi Papa annuente aliter inter partes cautum sit in constitutione pensionis.
- 40 Seminarium contributio anticipata solvenda est de quadrimestre in quadrimestre.
- 41 Capitulum non tenetur solvere taxam Seminarium de distributionibus quotidianis distinctis à præbendis.
- 42 Etiamsi omnes fructus Canonici consistant in distributionibus, que soli dantur dumtaxat divinis personaliter interessentibus.
- 43 Item non tenetur Capitulum, sive alius Beneficiatus solvere taxam seminarium ex emolumentis, preventibus & Legatis relictis pro celebratione missarum.
- 44 Item seminarium non est contribuendum ex iis, que in incerto, aut in elemosynis pitorum, & similibus consistunt.
- 45 Seminarium contribuere non tenetur abbatia unita Capitulo cathedralis ante Concilium.
- 46 Nec seminarium contribuere cogi potest Abbas, qui in suo territorio & jurisdictione seminarium retinet.
- 47 Beneficia que ob illorum fructuum tenuitatem decimis Papalibus non contribunt, neque contribuere tenentur seminarium.
- 48 Quantitas taxæ solvenda seminarium constitui debet ab Episcopo cum consilio duorum Deputatorum de Capitulo, & totidem de Clero.
- 49 In taxanda portione beneficiorum habenda est ratio ad onera perpetua eorumdem, & alias expensas necessarias à Beneficiariis faciendas, que prius deducenda sunt.
- 50 Taxa in qua summa instituenda.
- 51 Taxa juxta temporum, & rerum exigentiam augeri potest.
- 52 Ita è contra taxa est reducenda, & moderanda, si redditus beneficii taxati absque culpa Beneficiarii notabiliter diminuatur.
- 53 Si seminarium in totum, vel in partem reperitur dotatum, vel aliàs auctum de redditibus fuerit, tantundem demi debet de taxa.
- 54 Episcopus potest compellere debitorum taxa seminarium ad solvendum, etiam censuris, aliisque juris remediis.
- 55 Quod si Episcopus denegaverit suam portionem, potest compelli, & acriter corrigi ab Archiepiscopo, & Archiepiscopus à Concilio Provinciali; Usi etiam

- si adesset negligentia in seminarium erectione, ejusque conservatione.
  - 56 Episcopus potest, immo tenetur unire seminarium beneficia aliquot simplicia cujuscumque qualitatis, & dignitatis fuerint, sine cultus divini, & obsequium præjudicio, etiamsi essent affecta, seu reservata.
  - 57 Pro hujus unionis forma tamen tria requiruntur, que assignantur, ad num. 59.
  - 60 Quomodo possit, immo tenetur Episcopus unire seminarium beneficia aliquot simplicia, non potest tamen unire beneficia simplicia Juris patronatus, sive laici, sive ecclesiastici, vel alia pertinentia ad inferiorem Collatorem, & Electorem sine consensu patronorum.
  - 61 Neque seminarium uniri possunt beneficia reservata post vacationem.
  - 62 Neque seminarium uniri possunt Canonici collegiarum ecclesiarum, quomodo ex consuetudine non obligent ad residentiam.
  - 63 Item neque seminarium uniri possunt beneficia Curata nequidem habitu tantum.
  - 64 Neque seminarium uniri possunt beneficia regularia, sive dentur in titulum, sive in commendam, sicut tamen si status mutaverint.
  - 65 Neque seminarium uniri possunt abbatie, prioratus, & monasteria consistorialia, seu beneficia quovis modo auctoritate Apostolica commenda, & obenta, seu obtinenda per S. Rom. Eccles. Cardinales, seu alios vetos, & proprios Papa Familiæ, Nuntios Apostolicos, & Secretarios Congregationum, quibus idem S. R. E. Cardinales intersunt.
  - 66 Nec valet unio facta seminarium omnium beneficiorum simplicium.
  - 67 Episcopus singulis annis præsentibus quatuor Deputatis tenetur exigere rationem reddituum seminarium ab Administratoribus.
  - 68 Bona stabilia seminarium non possunt ultra triennium locari, nec eadem bona cum aliis bonis in evidentem ecclesie utilitatem permutari. Nec sterilia, & inculta in emphyteusim ad tertiam generationem concedi sine beneplacito Apostolico.
  - 69 Seminarium auctoritate Episcopi erectum gaudet immunitate ecclesiastica, ita ut Reus ad illud confugiens non possit extrahi.
  - 70 Seminarium est immune à tributis, & aliis secularibus muneribus extraordinariis; Nec gabellarum portuum diminere Rectori, & Magistro Seminarium consuetam franchitiam fatina.
  - 71 Seminarium Clerici debent in publicis processionibus primi incedere ante Clerum secularem, ac relinquere locum digniorem Curatis.
  - 72 Seminarium Clerici non præcedunt Canonici Collegiata.
  - 73 Seminarium non est membrum ecclesie cathedralis, licet in ea Clerici seminarium officient.
  - 74 Pro erectione seminarium cogitur quis vendere rem suam, sicuti etiam pro ampliacione domus seminarium.
  - 75 Adducuntur hic ad rem varia decreta, prout ad litteram referuntur à Pignatello. Unde ab hoc num. usque ad num. 177. non est opus Summario.
  - 178 Supradicta decreta, & omnia supra exposita moderanda sunt, & intelligenda juxta novissimam constitutionem Benedicti XIII.
  - 179 Afferuntur ad litteram dicta constitutio.
  - 180 Insuper ad complementum offeruntur hic Instructiones, que mandato dicti Benedicti XIII. emanarunt circa taxam Seminarium, que transmissa fuit ad Episcopos Italiae, & Insularum adjacentium, una cum hac encyclica epistola, ad num. 181.
  - 182 Subducuntur supplementa auctoritatis, ad num. 194.
  - 195 Addit. ex aliena manu, ad num. 100.
- SEMINARIA erigenda sunt in qualibet ecclesia metropolitana, vel cathedrali, & in eis tenendi & erudiendi sunt Clerici adolescentes. Concil. Trident. sess. 23. de